MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80157-2

AUTHOR: ROSSBACH, AUGUST

TITLE: A. ROSSBACHII DE EUMENIDUM....

PLACE: [VRATISLAVIAE]

DATE: [1860]

Master Negative #
91-80157-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

 Rossbach, August, 1823-1898.
A. Rossbachii De Eumenidum antichoriis commentatio. [Vratislaviae],typis academicis, [1860]
15 p. 23 cm.

Index lectionum

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 13x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 7/26/91 INITIALS RK
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM


Association for Information and Image Management



1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202





MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

INDEX LECTIONUM

IN

UNIVERSITATE
LITTERARUM VRATISLAVIENSI

PER AESTATEM A. MDCCCLX.

A DIE XVI. MENSIS APRILIS

HABENDARUM.

A. Rossbachii de Eumenidum antichoriis commentatio.

TYPIS ACADEMICIS.

RECTOR ET SENATUS

COMMILITONIBUS HONESTISSIMIS S. P. D.

Traditum veterum grammaticorum testimoniis est carmina chorica tragoediarum Graecarum alia a toto choro, a chori partibus alia esse cantata. Sic enim Pollux scribit 4, 116 *καὶ ἡμιχόριον δὲ καὶ διχορία καὶ ἀντιχόρια. ἔοικε δὲ ταὐτὸν εἶναι ταντὶ τὰ τρία ὀνόματα· ὁπόταν γὰρ ὁ χορὸς εἰς δύο μέρη τμηθῇ, τὸ μὲν πρᾶγμα καλεῖται διχορία, ἑκατέρα δὲ ἡ μοῖρα ἡμιχόριον, ἃ δ' ἀντᾴδουσιν, ἀντιχόρια.* Utebatur hoc antichoriorum genere Aeschylus multo crebrius Sophocle et Euripide, quorum paucissima, quae quidem certa sunt, extant exempla, Sophoclis Aj. 866—878, Trach. 863—870. Euripidis Alc. 92; eaque ipsa talia sunt, quae et parvum habeant ambitum et insigni illa Aeschyli arte careant. Nimirum ut omnis ejus ars chorica splendidior fuit et magnificentior, sic reliquis omnibus tragicis, qui deminuta chori vi ad alia se converterunt, et saepius in antichoriis et artificiosius elaboravit. Sed quum difficile esset nostris hominibus praesertim post infelices, quas fabulae Aeschyleae passae sunt, fortunae vicissitudines, judicare, utra ratione poeta carmen aliquod composuerit, evenit, ut nec certae ejus rei leges adhuc sint exploratae et de eodem carmine alii aliter senserint, nisi quod plurimi in universum G. Hermanni, qui primus distributionis auctor fuit, partes sunt secuti. Nobis vero cum in aliis carminibus, quae in hoc genere numerantur, tum in iis, quae in Eumenidibus singulis choreutis nunc tribui solent, ab Hermanno discedendum videtur, quem non minus in hac re quam in antistrophorum restitutione ultra terminos progressum arbitramur. Atque ne qua legentium dubitatio sit, quid nobis existimandum videatur, dicamus sine ambagibus: *carmina Aeschylea et inter hemichoria multo rarius esse dividenda, quam nunc fieri id soleat et inter singulos XII vel XV choreutas quae jure distribuantur, melica quidem omnino extare nulla.* Non enim potest quisquam ex exempli, quod est in Agamn. v. 1353, similitudine proficisci, quum id et prorsus sit singulare et suam sibi vindicet explicationem. Principum enim chorus, quippe qui totum populum repraesentet,

audita Agamemnonis moribundi vociferatione subito excitus populi partes agit quaeritque, ut populi est officium, opitulandumne sit regi necne. Nequaquam licet quae trimetris scripta sunt ad cantica transferre. Ex canticis vero nullum est, nullum inquam omnino est, quod non et sententiis et verbis convenientius inter hemichoria distribui possit et qui sine praejudicatis opinionibus ad *ἀπολελυμένα* Eumenidum et Septem ducum carmina accedit, is sobrio simplicique judicio utens inveniet et per vim inter XII vel XV choreutas inductam divisionem et cum tanto orationis incommodo, ut haud raro et praeclara sententiarum concinnitas sit obscurata et verba a verbis ut Absyrti membra avulsa ac dilacerata jaceant. Quare gavisi sumus, quod Th. Bergkius vir clarissimus nobisque amicissimus haec praeclarae de Sophoclis vita commentationi subjecit p. XXVI adnot. 111: „*Omnino quamquam non nego subinde chori carmina inter singulos choreutas divisa esse, tamen magna est cautio adhibenda, ne isto pacto dignitatem potentiamque choricorum carminum imminuamus.*“ Idemque de Eumenidum canticorum partitione, quae quidem nunc est, videtur dubitasse, siquidem id ex his colligi potest p. XXVI adnot. 110: „*In Eumenidibus XV fuisse choreutas ex ipsa quidem tragoedia aegre conficias, testatur autem schol. Eum. v. 587.*“ Hoc vero vehementer dolendum est, quod praeter pauculas codicum notas minutaque scholiastarum testimonia, quae infra commemorabuntur, omnis ejus divisionis, quae olim in exemplaribus Alexandrinis significata erat, interiit memoria. Quamvis enim probabiliter exponi possit, quae canticorum fuerit partitio: pro explorato tamen interdum dici nequit, sitne carmen aliquod a totis hemichoriis, an a coryphaeis cantatum. Alterum illud de Septem ducum exodo traditum in libris habemus, alterum e scholiastae mentione ad Eum. v. 253 *τὸ αὐτὸ πρόσωπόν ἐστιν* non sine verisimilitudine conjici potest, unde *antistrophica existimamus ab hemichoriis, ἀπολελυμένα a coryphaeis alternando recitata.* Probabile id fit eo, quod Aeschyli *ἀπολελυμένα* ad monodica posteriorum tragicorum cantica proxime accedunt. Sed quidquid de hac re statuendum videbitur, summa disputationis vis in eo consistit, ut quae genuina olim canticorum fuerit distributio, ex ipsa sententiarum verborumque indole et ratione eruatur.

Jam vero ut ad certas leges, quae e certis ductae sint exemplis, dubiae vel controversae partitionis cantica redigamus, proficiscamur ab eo carmine, quod inter hemichoria divisum ipsi libri testantur. Est autem *Ἄιδα ἐχθρὸς παιὰν* in exodo Septem ducum v. 852, quo carmine Eteoclis et Polynicis mors lugetur:

στρ. α.

Ἡ. ἰὼ ἰὼ δύςφρονες
φίλων ἄπιστοι καὶ κακῶν ἀτρύμονες,
πατρῴους δόμους ἑλόντες μέλεοι σὺν ἀλκᾷ.
Ἡ. μέλεοι δῆθ᾽ οἳ μελέους θανάτους ηὕροντο δόμων ἐπὶ λύμῃ.

ἀντ. α.

Ἡ. ἰὼ ἰὼ δωμάτων
ἐρειψίτοιχοι καὶ πικρὰς μοναρχίας

ἰδόντες τί δὴ διήλλαχθε σὺν σιδάρῳ;
(*Ἡ* om. lib.) *κάρτα δ᾽ ἀληθῆ πατρὸς Οἰδιπόδα πότνι᾽ Ἐρινὺς ἐπέκρανε.*

στρ. β.

Ἡ. δι᾽ εὐωνύμων τετυμμένοι
Ἡ. τετυμμένοι δῆθ᾽, Ἡ. ὁμοσπλάγχνων τε πλευρωμάτων
. . . . . .
αἰαῖ δαιμόνιοι, αἰαῖ δ᾽ ἀντιφόνων ἐκ θανάτων ἀραί.
Ἡ. διανταίαν λέγεις δόμοισι καὶ σώμασιν πεπλαγμένους,
ἀναυδάτῳ μένει
ἀραίῳ τ᾽ ἐκ πατρὸς
διχόφρονι πότμῳ.

ἀντ. β.

Ἡ. διήκει δὲ καὶ πόλιν στόνος.
(*Ἡ* om. lib.) *στένουσι πύργοι. Ἡ. στένει πέδον φίλανδρον· μενεῖ*
κτέανά τ᾽ ἐπιγόνοις,
δι᾽ ὧν αἰνομόροις, δι᾽ ὧν νεῖκος ἔβα καὶ θανάτου τέλος.
Ἡ. ἐμοιράσαντο δ᾽ ὀξυκάρδιοι κτήμαθ᾽ ὥστ᾽, ἴσον λαχεῖν.
διαλλακτῆρι δ᾽ οὐκ
ἀμεμφία φίλοις
οὐδ εὔχαρις Ἄρης.

Prioris syzygiae quae sit partitio, non est dubium, in alterius vero uno loco ab Hermanno dissentimus. Is enim rem sic instituit, ut alterum hemichorion verba *τετυμμένοι δῆθ᾽, ὁμοσπλάγχνων τε πλευρωμάτων* et in *ἀντ. στένουσι πύργοι, στένει πέδον φίλανδρον, μενεῖ κτέανα τ᾽ ἐπιγόνοις* canens faceret nec prius hemichorion ad cantum rediens nisi his *αἰαῖ δαιμόνιοι* et in *ἀντ. δι᾽ ὧν αἰνομόροις.* Cujus divisionis quamvis Guelferbytanum, in quo ante *δι᾽ ὧν* hemichorii nota est, aliosque nonnullos libros, qui ante *αἰαῖ δαιμόνιοι* signum videntur habere, possit memorare testes: tamen loco illo inducta personarum mutatio in antistropho (stropha enim lacunosa est nec Halmii invento expleta) insignia quaedam habet incommoda, quae neminem praeterire possunt. Quare nos Mediceum sequamur, qui consentientibus aliis libris ipso eo loco signum servavit, quo est a nobis supra indicatum. Neque in eo quemquam haesitaturum putamus, quod in Guelferbytano et Lipsiensi demum ante *μενεῖ* signum illatum est. Errore enim id factum esse certissime eo evincitur, quod in eadem strophae *β* parte ne finis quidem verbi est *πλευρω — μάτων.*

Ex his igitur duabus syzygiis, quae primariae divisionis leges sint, cognosci potest: *Primum* enim haec hemichoriorum ratio est, *non ut strophas alternando canant integras, sed ut in eadem stropha et antistropho alternatio fiat.* In unaquaque enim stropha utrumque hemichorion aut semel canit aut bis, semel in stropha *α*, bis in stropha *β* A B, A B cautumque est, ne alterum hemichorion altero canat pluries. *Deinde* idem hemichorion eandem antistrophi

partem canit, quam cecinit in stropha, unde fit, ut *eodem antistrophi loco quo in stropha personarum existat mutatio.* Simulque ex strophae et antistrophi β versu secundo, ubi Medicei notam secuti sumus, intelligitur posse etiam *in eodem versu hemichorii mutationem inferri. Tum* alterum hemichorion potest illud quidem post alterum novi aliquid introducere, sed plerumque utriusque hemichorii ita inter se juncta locutio est, ut *posterius hemichorion prioris iteret verba aut minuendo aut augendo aut aliis verbis sed eadem significantibus utendo aut breviter affirmando.* Sic in stropha *α* hem. *A* ait *ἰὼ δύσφρονες, δόμους ἑλόντες μέλεοι,* quae affirmat hem. *B* his: *μέλεοι δῆτα;* in stropha β hem. *A δι' εὐωνύμων τετυμμένοι* quae pariter affirmat hem. *B τετυμμένοι δῆτα* ita quidem, ut bis affirmandi particula *δῆτα* adscita sit. In antistropho β ait hem. *A διήκει δὲ καὶ πόλιν στόνος,* hem. *B στένουσι πύργοι.* In ejusdem antistrophi altera parte summa vis inest in opum commemoratione, quae ab altero hemichorio *κτέανα*, ab altero *κτήματα* nominantur. Pariter reliqua. *Tum* hemichorion *A*, ubi in medio dicendi cursu ab hemichorio *B* interpellatur, quod in magna animorum concitatione fieri solet, ita incepti enunciati cursum continuat, perinde ac si nihil ab hem. *B* sit interjectum. Sic in stropha β

δι' εὐωνύμων τετυμμένοι — ὁμοσπλάγχνων τε πλευρωμάτων

interjectis his: *τετυμμένοι δῆθ'* itidemque in antistropho β

διήκει δὲ καὶ πόλιν στόνος — στένει πέδον φίλανδρον

interjectis *στένουσι πύργοι. Denique* fit, ut *praeter verborum concinnitatem, quae in strophica hemichoriorum alternatione cernitur, altera quoque concinnitas existat eorum, quae idem hemichorion in stropha et in antistropho* dicat, aut ita, ut idem et strophae et antistrophi versus ab eodem vocabulo ordiatur:

στρ. α. ἰὼ ἰὼ δύσφρονες — *ἀντ. ἰὼ ἰὼ δωμάτων*

aut in idem vocabulum exeat:

στρ. β. θανάτων ἀραί. — *ἀντ. θανάτου τέλος.*

aut ita, ut eadem elocutionis figura et in stropha et in antistropho adhibeatur:

στρ. β. αἰαῖ δαιμόνιοι
αἰαῖ δ' ἀντιφόνων

ἀντ. δι' ὧν αἰνομόροις
δι' ὧν νεῖκος ἔβα

Haec de his, de reliquis syzygiis nunc nihil, ne ab Eumenidibus nimis deflectamus. Profecta est autem omnis illa ratio non ex tragicorum poetarum invento, sed ex popularibus threnis, quorum ad similitudinem tragici sese composuerunt. In ceteris ejusdem generis carminibus quamquam minus illa quidem conspicua est compositionis ratio quam in eo, de quo diximus, tamen qui acute ea perscrutatur, is easdem leges observatas sed liberius conformatas animadvertet.

Legum illarum, quas supra scripsimus, accessio fiet ex eo carmine, quod in Supplicum exodo est v. 1018. Id Hermannus quum metrorum genere bipartitum intellexisset, in duo carmina secernendum judicavit, quorum alterum tribus syzygiis ionicis, alterum una trochaica contineretur; chorum autem, priusquam alterum caneret, stationes mutasse brevemque inter

utrumque canendi pausam fecisse. Vellem vir praestantissimus cautius judicasset. Nam quae de stationis mutatione canendique pausa dixit, ea neque ex metri indole colligi possunt, neque aliud quidquam habent, quo confirmari possint. Nec de divisione in duo carmina cogitasset, si Persarum parodi memor fuisset, in qua tres syzygias ionicas unamque epodum sequuntur duae syzygiae trochaicae ejusdem plane generis, quod in eo, de quo quaerimus, carmine est. In tanta igitur utriusque carminis similitudine alterum Hermannus divisit, alterum non divisit. Praeterea vero sententiarum perpetuitas non solum non abrumpitur in ultima Supplicum syzygia, verum etiam ita continuatur, ut si ultima deesset, toti carmini deesse caput videretur. Sed quid in metri diversitate lateat, infra exponetur, nunc de generali partitione videamus. Universum igitur carmen constat ex quattuor syzygiis, quarum prima stropha et antistrophus in binas distribuenda est partes ab hemichoriis cantatas, secunda itidem in binas, tertia in quaternas ita quidem, ut utrumque hemichorium et in stropha et in antistropho tertia bis canat. Sic enim recte Hermannus, nisi quod ambiguum est, utrum in stropha γ' tota hemichoria, an hemichoriorum duces locuti sint.

Jam vero sententiarum dispositio, ex qua legum nostrarum accessionem fieri diximus, haec est, ut stropha *α* cum antistrophi *α* priore parte, antistrophi *α* posterior pars cum stropha β, antistrophus β cum tota syzygia γ in eodem argumento versetur. Ergo totum systematum jonicorum argumentum ex tribus partibus est compositum. Atque primum quidem quae in stropha *α* hemichorion *A* dixit: *Veneremur deos Argivos terramque Argivam,* ea hemichorion *B* sic iterat, ut quae modo affirmando dicta sint, eadem nunc negando dicantur: *laus esto Pelasgorum urbi, ne amplius Nili ora hymnis celebremus.* Tum quae alterum hoc hemichorion cecinit, ea in sequenti antistropho ab hemichorio *A* continuantur.

στρ. α. A. *Ἴτε μὰν ἀστυάνακτας*
μάκαρας θεοὺς γανάοντες,
πολιούχους τε καὶ οἳ χεῦμ' Ἐρασίνου
περιναίονται παλαιόν.

B. *ὑποδέξασθε δ' ὀπαδοί*
μέλος· αἶνος δὲ πόλιν τάνδε Πελασγῶν
ἐχέτω, μηδ' ἔτι Νείλου
προχοὰς σέβωμεν ὕμνοις,

ἀντ. α. A. *ποταμοὺς δ' οἳ διὰ χώρας*
θελεμὸν πῶμα χέουσιν
πολύτεκνοι λιπαροῖς χεύμασι γαίας
τόδε μειλίσσοντες οὖδας.

Sequitur novus sententiarum ambitus. Postquam hemichorion *B* in prima antistropho haec dixit: *μηδ' ὑπ' ἀνάγκας γάμος ἔλθοι Κυθέρειος,* in stropha secunda pergit hemichorion *A* de Cypriae muneribus dicere, ad quae ita respondet hemichorion *B*, ut de Desiderio et Suada et Cupidinibus, Cypriae deae comitibus loquatur:

B. *Ἐπίδοι δ' Ἄρτεμις ἁγνὰ*
στόλον οἰκτιζομένα, μηδ' ὑπ' ἀνάγκας
γάμος ἔλθοι Κυθέρειος.
στυγερῶν πέλοι τόδ' ἆθλον.
στρ. β. *A.* *Κύπριδος δ' οὐκ ἀμελεῖ θεσμὸς ὅδ' εὔφρων.*
δύναται γὰρ Διὸς ἄγχιστα σὺν Ἥρᾳ·
τίεται δ' αἰολόμητις
θεὸς ἔργοις ἐπὶ σεμνοῖς.
B. *μετάκοινοι δὲ φίλᾳ ματρί πάρεισιν*
Πόθος ᾇ τ' οὐδὲν ἄπαρνον
τελέθει θέλκτορι Πειθοῖ,
δέδοται δ' ἁρμονία μοῖρ' Ἀφροδίτας
ψεδυραὶ τρίβοι τ' ἐρώτων.

Tum antistrophum *β* et stropham antistrophumque *γ* inter se argumenti communione copulatas diximus. Videlicet mali imminentis describitur timor, qua in re alterum hemichorion interrogat, respondet alterum; tum alterum adhortatur, obsequitur alterum. Res satis est manifesta.

Finitur carmen syzygia trochaica, de qua contra Hermannum supra diximus. Cujus ex sententia stropha hemichorio *A*, antistrophus hemichorio *B* tribuenda est. Nequaquam, est enim lex, quam nusquam violatam videmus, ut quot versus vel versus partes ab hemichorio in stropha, tot ab eodem in antistropho canantur. Quum autem hujus syzygiae neque stropha neque antistrophus in plures partes distribui possit quumque totam syzygiam non esse ab alterutro hemichorio cantatam apertum sit: non potest aliud quidquam statui nisi hoc, ut ea syzygia a toto choro cantata credatur, id quod procedente disputatione nostra aliis exemplis confirmabitur. Nam quum hoc stropharum par preces ad Jovem contineat, quibus sperant virgines fore, ut omnis finiatur sollicitudo, consentaneum est in re solenni una omnes concinere. Hanc igitur ob caussam metri mutatio fit, quod virgines ex anxia trepidatione, cui jonici inservire solent, nunc Jovis auxilium implorantes una omnes ad spem redeunt fore, ut e periculo liberentur.

Ex his, quae disputavimus, haec fit observationum nostrarum accessio:

primum *quod modo affirmando dictum sit, idem ab altero hemichorio negando efferri,*

deinde *loquendi concinnitatem aut in interrogando et respondendo, aut in adhortando et obsequendo consistere,*

tum *non solum hemichorium B idem dicere atque A, sed idem hemichorium bis etiam mutatis verbis sententiisque leviter inflexis idem dicere* interposito altero hemichorio, quod et ipsum in eadem re versetur:

στρ. α	*αντ. α'*	*στρ. β*
A B A	*B A B*	

denique *ultimam antichorii partem e διχορίᾳ transire in totius chori cantum.*

Habet autem hic omnium choreutarum in cantici fine concentus originem in commis popularibus, quorum ad finem omnes una conclamabant, quodque in vita quotidiana sua sponte et sine arte natum erat, id a tragicis artificiose est excultum et liberius conformatum.

Eadem ratione *Eumenidum canticum primum* divisum est v. 144 *ἰοὺ ἰοὺ πόπαξ*, quam fabulae proparodum nominaverim, non parodum, quae demum a v. 307 *ἄγε δὴ καὶ χορὸν* incipiat. Id carmen inter quindecim singulos choreutas distribuendum Hermannus censuit de choro Eumenidum in Opusc. II p. 135 sagacissimis ille quidem argumentis usus, sed non id demonstrantibus, quod erat demonstraturus. Non enim illud demonstravit carmen a singulis XV omnibus cantatum, sed hoc a pluribus singulatim se excipientibus sive hemichoriis sive choreutis, non ab universo choro vel uno coryphaeo esse cantatum. Provocat ad biographum, qui haec tradit: *τινὲς δέ φασιν ἐν τῇ ἐπιδείξει τῶν Εὐμενίδων σποράδην εἰςαγαγόντα τὸν χορόν, τοσοῦτον ἐκπλῆξαι τὸν δῆμον, ὥςτε τὰ μὲν νήπια ἐκψῦξαι, τὰ δὲ ἔμβρυα ἐξαμβλωθῆναι.* Horum alterum est fabulosum, alterum si non certum, probabile tamen; fabulosum illud, quod infantes timore exstincti dicuntur, probabile hoc, quod chorus sparsim introductus fertur. Sed ubinam sparsim? Fabulaene initio? Tacet biographus, placuit ita Hermanno timoris illius caussa, qui in prima fabula Furiis nondum conspectis major fuerit, quam in progrediente. Crederem, nisi obstarent alia. Neque enim nimium timori isti tribuendum est, qui licet fabulae initio major fuerit, magnus tamen etiam in progrediente eo potissimum loco fuit, ubi Furiae Orestis sanguinolenta vestigia rimantes ingrediebantur v. 253 *ὅρα ὅρα μάλ' αὖ κτλ.* Gravissimum vero est scholiastae testimonium v. 66 *ἐπιφανεὶς Ἀπόλλων συμβουλεύει Ὀρέστῃ καταλιπεῖν μὲν τὸ μαντεῖον, φυγεῖν δὲ εἰς Ἀθήνας. καὶ δευτέρα δὲ γίνεται φαντασία. στραφέντα γὰρ μηχανήματα ἔνδηλα ποιεῖ τὸ κατὰ τὸ μαντεῖον ὡς ἔχει καὶ γίνεται ὄψις τραγική, τὸ μὲν ξίφος ᾑμαγμένον ἔτι κατέχων Ὀρέστης, αἱ δὲ κύκλῳ φρουροῦσαι αὐτόν.* Ex quo elucet Furias, antequam canerent, diu jam esse conspectas. Omninoque narratio illa, quum fabulosa probabilibus mixta sint, vim non habet magnam. Fac enim sparsim eas introire. Non sequitur omnes XV choreutas singulatim cecinisse. Similia cetera sunt argumenta, quorum est aliquod, quod aperte refragetur. Nam quae scholiasta scribit *ἀναστήσει αὐτὰς οὐκ ἀθρόως μιμούμενος ἐμφατικῶς τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἐγείρεταί τις πρώτη, ὥστε μὴ ἀθρόως τὸν χορὸν φθέγξασθαι,* ea de cantico, quod sequitur, intelligi non possunt, quum sint versibus 140—143 *ἔγειρ' ἔγειρε* adscripta neque contineant quidquam nisi hoc praecavisse poetam rei naturam imitantem, ne una omnes Furiae expergiscerentur, sed ut alia post aliam somnum excuteret. Quae vero scholiasta de ipsius cantici recitatione tradita acceperat, ea ad ipsum eum versum, a quo canticum orditur *ἰοὺ ἰοὺ πόπαξ*, sollerter seposuit: *κομματικῶς ἕκαστον κατ' ἰδίαν προενεκτέον, αἱ γὰρ διακοπαὶ πρόσφοροι πάθεσιν.* Haec sola ad canticum pertinent, priora non pertinent. Ex hoc igitur scholio discimus carmen esse ad commorum modum recitatum h. e. per singulas orationis partes inter hemichoria distributum, ut Septem ducum commum illum, quem inter hemichoria divisum testantur libri. Et *διακοπὰς προσφόρους πάθεσιν* intelligit scholiasta orationis in stropha prima interpellationes, quae animorum concitationi conveniant. Quum vero eximia cantici, de quo quaerimus, cum eo, quod supra e Supplicibus memoravimus, sit similitudo, necessario eo compellimur, ut utrumque carmen ab hemichoriis cantatum existimemus:

Supplicum		*Eumenidum*
στρ. et ἀντ. α′ et β′		στρ. et ἀντ. α′
A B	╳	*A B A B*
στρ. et ἀντ. γ′		στρ. et ἀντ. β
A B A B		*A B*
στρ. et ἀντ. δ′		στρ. et ἀντ. γ
totius chori	———	totius chori

Quemadmodum enim Suppl. *στρ. γ′* in quattuor partes, sic Eumen. *στρ. α* in totidem distributa est, Supplicum *στρ. α′* et *β′* in binas, Eumenidum *στρ. β* in totidem, ultima utriusque carminis syzygia, quum nullam habeat nec verborum nec sententiarum concinnitatem, a toto choro est cantata. Sed singula nunc persequamur. Constat versum primum *ἰοὺ ἰοὺ πόπαξ. ἐπάθομεν φίλαι* abrumpi altero: *ἦ πολλὰ δὴ παθοῦσα καὶ μάτην ἐγὼ* reditumque ad primum fieri tertio: *ἐπάθομεν πάθος δυσαχὲς ὦ πόποι ἄφερτον κακόν.* Sed ipsa illa inter XV choreutas distributio effecit, ut altera ejusdem generis in eadem stropha interpellatio non sit cognita. Enimvero secundus versus, in quo *παθοῦσα* vulgo pro *ἔπαθον* dictum putatur, continuatur ultimo, ut haec sit orationis perpetuitas:

ἦ πολλὰ δὴ παθοῦσα καὶ μάτην ἐγὼ ὕπνῳ κρατηθεῖσ᾽ ἄγραν ὤλεσα.

„*Multas aerumnas perpessa temereque ego somno victa venationem omisi.*“ Quod si dubitari non potest, sequitur versum *ἐξ ἀρκύων πέπτωκεν οἴχεται θ᾽ ὁ θήρ* cum praecedente ab uno eodemque hemichorio esse cantatum, ut haec sit divisio

A.	*ἰοὺ ἰοὺ πόπαξ, ἐπάθομεν, φίλαι . . .*	Interpellatio
B.	*ἦ πολλὰ δὴ παθοῦσα καὶ μάτην ἐγὼ . . .*	Interpellatio
A.	*ἐπάθομεν πάθος δυσαχές, ὦ πόποι, ἄφερτον κακόν.*	Reditus
	ἐξ ἀρκύων πέπτωκεν οἴχεται θ᾽ ὁ θήρ.	
B.	*ὕπνῳ κρατηθεῖσ᾽ ἄγραν ὤλεσα.*	Reditus.

Hae igitur sunt, quas scholiasta dicit *διακοπὰς προσφόρους πάθεσιν* h. e. orationis interpellationes animorum concitationi convenientes. Asyndeti, quod in hoc canticorum genere latissime regnat *ἐξ ἀρκύων π.*, nulla est offensio nec illud sapiens quisquam mirabitur, quod hemichorium *A* ad inchoata rediens duos canit versus *ἐπάθομεν — θήρ*, *B* unum canit. Fit enim idem in aliis commis, ut in Supplicum, de quibus supra diximus, stropha *γ′*. Veniamus ad antistrophum, cui ex legibus cognitis convenit, ne concinnitas turbetur, iisdem locis quibus in stropha easdem, sed novas recurrere sententias. Sed perturbationem deprehendet, qui haec acute comparaverit:

στρ. α′	ἀντ. α′
A. *ἐπάθομεν*	*A.* *ἐπίκλοπος*
B. *παθοῦσα*	*B.* *καθιππάσω*
A. continuat. *οἴχεται θ᾽ ὁ θήρ.*	*A.* *σέβων ἄθεον ἄνδρα*
B. continuat. *ἄγραν ὤλεσα.*	*B.* *ἐξέκλεψας . . . δικαίως*

Lex est inviolabilis, ut paria paribus respondeant. Quare quemadmodum in stropha versus *ἐπάθομεν* et *παθοῦσα* deinceps recitati sunt, ita in antistropho *ἐπίκλοπος* et *ἐξέκλεψας* nulla alia interposita sententia dici oportet. Turbatus igitur est versuum ordo, qui hic fuit:

A. *ἰὼ παῖ Διός, ἐ π ί κ λ ο π ο ς πέλει,*
B. *τὸν μητραλοίαν ἐ ξ έ κ λ ε ψ α ς ὢν θεός.*
A. *τὸν ἱκέταν σέβων ἄθεον ἄνδρα καὶ τοκεῦσιν πικρόν·*
νέος δὲ γραίας δαίμονας κ α θ ι π π ά σ ω.
B. *τί τῶνδ᾽ ἐρεῖ τις δ ι κ α ί ω ς ἔχειν;*

Cui trajectioni, qua ex legibus nostris antistrophus cum stropha exaequata est, ut subveniamus, aut particulam *δὲ* post *μητραλοίαν* ejici oportet, quae in extremo quoque carmine delenda potius quam transponenda est

ποτιτρόπαιος ὢν ἕτερον ἐν κάρᾳ

illata loco alieno a scribis, qui frequentia asyndeta aegre ferebant, aut sic scribi *δὴ ᾽ξέκλεψας*, ut in strophae versu *ἣ πολλὰ δὴ παθοῦσα* et supra in Septem ducum exodio ter *δῆτα*

805. . . . . *μέλεοι σὺν ἀλκᾷ*
ἩΜ. *μέλεοι δ ῆ θ᾽ . . .*
864. *δι᾽ εὐωνύμων τετυμμένοι.*
ἩΜ. *τετυμμένοι δ ῆ θ . . .*
907. *Χερσὶν ὁμοσπόροισιν.*
ἩΜ. *ὁμοσπόροι δ ῆ τ α . . .*

In secunda syzygia post *ὑπὸ λοβὸν* et *περὶ κάρα* prius hemichorium subsistere ex insigni verborum concinnitate ita est manifestum, ut dubitationis locus plane sit nullus. Verumtamen de versu qui corruptus creditur *φονολιβῆ θ ρ ό ν ο ν,* quid existimandum putem, breviter exponam. Hermannus pro *θρόνον* intulit ex Wackefieldii conjectura *θρόμβον,* quod sententiarum aequabilitati repugnat. Nam ut in stropha amborum hemichoriorum eadem est sententia, sed duabus imaginibus idem significantibus *διφρηλάτου* et *μαστίκτορος* elata, ita in antistropho ambo hemichoria de oraculi sede, sed alterum altera imagine canere debent. Atque falsus est Hermaunus *περὶ πόδα, περὶ κάρα* de throno dici posse negans. Quis enim poeta de sellae capite loqui dubitet, quum pes sellae ab omnibus populis vulgo dicatur? Itaque Fritzschio assentirer scribenti *φονολιβεῖ θάκῳ*, nisi omnia essent integra. At metri caussa mutant. Non frequens illa quidem est liberior responsio, sed non inusitata tamen. Posterior enim vocis *θρόνον* syllaba jure suo brevis est, ut e strophae hiatu, finiti versus indice, *μεσολαβεῖ κέντρῳ — ὑπὸ φρένας* apparet, prior vero, quum alia ejus generis sint exempla, quae nemo quisquam nisi imprudens mutando tollere queat, suam habet excusationem. cf. artis metricae volum. III p. 556 sq. et Westphali emendat. Aeschyl.

Vidimus in duabus illis syzygiis insignem esse et sententiarum et verborum concentum. Is in tertia pari modo quo in Supplicum de quo egimus cantico subito tollitur, nulla ut sint

divisionis indicia. Quas strophas qui alteram alteri vel hemichorio vel choreutae tribuit, is incidit in idem illud vitium, quod in ultima Supplicum cantici syzygia contra leges certissimas commissum deprehendimus. Immo vero ipsa illa concinnitatis omissio jubet toti choro eas attribui, ut divisae antea in lugendo voces nunc in unum collectae plenum cantum, qui animos percellat, effundant. Nam ut in Supplicum cantici fine virgines omissis querelis omnem spem confidenter in Jove ponunt, quem hymno invocant, sic Furiae a querelis ad tranquillitatem quamdam redeuntes minantur nullo modo futurum esse, ut Orestes poenam effugiat. Superest, ut quid de duobus locis salebrosis judicemus, breviter exponamus. Manifestum est versum *κἀμοί τε λυπρὸς καὶ τὸν οὐκ ἐκλύσεται* labem traxisse ab aliis aliter tentatam. Equidem sic ratiocinor, latere in *κἀμοί τε* aliquid, quo haec superioribus, ut par est, opposita sint. Est enim sententiarum perpetuitas in hac tertia syzygia haec: „Apollo vates quamvis ipse praeter jus et fas Orestem tueatur oraculi sede foedo piaculo contaminata, tamen liberare eum non poterit, nam vel in Orco vindicem habebit alterum.“ Itaque *καμοιτε* suspicor e *καίτοι γε* et *καιτον* e *κεῖνον* ortum, quod quum tenemus, et necessaria oritur illa oppositio et orationis ratio prorsus fit perspicua:

καίτοι γε λυπρὸς κεῖνον οὐκ ἐκλύσεται.

„Verum enimvero Apollo, licet nos injuria afficiat, illum tamen non liberabit.“ Quid autem ultimo versu scriptum fuerit pro *ἐκεῖνον*, anceps videtur, sed prae aliis placet Wieseleri conjectura *ἐκ νέου*. Totum igitur carmen sic scribendum puto:

στρ. α΄.

A. ἰοὺ ἰοὺ πόπαξ, ἐπάθομεν, φίλαι, . . .
B. ἦ πολλὰ δὴ παθοῦσα καὶ μάτην ἐγὼ . . .
A. ἐπάθομεν πάθος δυσαχές, ὦ πόποι, ἄφερτον κακόν·
ἐξ ἀρκύων πέπτωκεν οἴχεται θ᾽ ὁ θήρ.
B. ὕπνῳ κρατηθεῖσ᾽ ἄγραν ὤλεσα.

ἀντ. α΄.

A. ἰὼ παῖ Διὸς, ἐπίκλοπος πέλει . . .
B. τὸν μητραλοίαν δὴ ᾽ξέκλεψας ὢν θεός.
A. τὸν ἱκέταν σέβων, ἄθεον ἄνδρα καὶ τοκεῦσιν πικρόν,
νέος δὲ γραίας δαίμονας καθιππάσω.
B. τί τῶνδ᾽ ἐρεῖ τις δικαίως ἔχειν;

στρ. β΄.

A. ἐμοὶ δ᾽ ὄνειδος ἐξ ὀνειράτων μολόν
ἔτυψεν δίκαν διφρηλάτου
μεσολαβεῖ κέντρῳ
ὑπὸ φρένας, ὑπὸ λοβόν.
B. πάρεστι μαστίκτορος δαίου δαμίου
βαρύ τι περίβαρυ κρύος ἔχειν.

ἀντ. β΄.

A. τοιαῦτα δρῶσιν οἱ νεώτεροι θεοὶ
κρατοῦντες τὸ πᾶν δίκας πλέον
φονολιβῆ θρόνον
περὶ πόδα, περὶ κάρα.
B. πάρεστι γᾶς ὀμφαλὸν προσδρακεῖν αἱμάτων
βλοσυρὸν ἀρόμενον ἄγος ἔχειν.

στρ. γ΄.

X. ὅλος. ἐφεστίῳ δὲ μάντις ὢν μιάσματι
μυχὸν ἔχρανας αὐτόσσυτος, αὐτόκλητος,
παρὰ νόμον θεῶν βρότεα μὲν τίων,
παλαιγενεῖς δὲ Μοίρας φθίσας.

ἀντ. γ΄.

καίτοι γε λυπρὸς κεῖνον οὐκ ἐκλύσεται,
ὑπό τε γᾶν φυγὼν οὔποτ᾽ ἐλευθεροῦται.
ποτιτρόπαιος ὢν ἕτερον ἐν κάρᾳ
μιάστορ᾽ ἐκ νέου πάσεται.

Diximus de antistrophicis, nunc dicamus de solutis carminibus, quae *ἀπολελυμένα* nominantur. Praeivit in hoc genere R. Westphalus in commentatione de primo Septem ducum contra Thebas cantico chorico, cujus in ultima pagina dochmiaci cantici compositionem ita est persecutus, ut ego eam certissimam appellare non dubitem. Nam et sua sponte ex sententiarum consecutione nata est et simplicitate valde commendatur et legibus, quas e certis exemplis derivavimus, prorsus convenit. Hujus quoque cantici exodus, quum pariter sit comparata atque duorum de quibus diximus carminum exodi, toti choro est tribuenda *ἁ χρυσοπήληξ δαῖμον — ὀρόμενον.* Nimirum sub finem carminis ut Danaides in Supplicibus sic mulieres Thebanae, postquam multa suspiria fuderunt, omnem spem in Deorum ope sitam ratae conjunctis vocibus Martem Deosque patrios implorant. Veteris divisionis nota aliqua superest in scholio ad v. 97 *πρὸς ἀλλήλας δὲ ταῦτά φασιν.*

Jam in altera Eumenidum parte post scenae metastasin v. 296 sqq. verisimile est Furias non ordinibus instructas, sed *σποράδην* per parodos ingressas esse, quippe quae alia alibi Orestis sanguinolenta vestigia specularentur. Praegreditur, ut par est, totius chori coryphaeus, reliqui choreutae sequuntur singuli non magno nec temporis nec spatii intervallo, nam ridiculum est respondere ad id, quod ab eo qui respondet non est auditum. Quod carmen quomodo compositum putemus, priusquam persequamur, afferramus nonnulla, quae ad orationis integritatem spectant. In Mediceo scriptum est Veneto et Florentino consentiente *λεῦσσε τὸν πάντᾶ* (h. e. *παντᾶ*), quod Hermannus probantibus multis metri caussa, ut dochmiaci efficerentur, mutavit in *λεῦσσέ τε.* Temere, sic enim versus sunt distribuendi:

ὅρα ὅρα μάλ᾽ αὖ, λεῦσσε τὸν παντᾶ,
μὴ λάθῃ φύγδα βὰς ματροφόνος ἀτίτας.

Ut λεῦσσε τὸν παντᾶ, ita in Agamn. 1142 οἰά τις ξουθά. 1151 δυςφάτῳ κλαγγᾷ. Idem errat in versu ὅ δ᾽ αὖτε γοῦν ἀλκὰν ἔχων particulam γοῦν a grammatico numerorum imperito illatam esse. Non enim habet haec forma

◡ – ◡ – ◡̄ – ◡ –

in canticis dochmiacis quidquam offensionis. Vehementius vero erravit is, qui γοῦν a sententia alienum censuit. Particulae enim οὖν post γὲ appositio fit hoc consilio, ut res de qua agitur ex communi cognatarum rerum ratione in eum statum in quo nunc est traducta dicatur, unde saepe γοῦν per ironiam quamdam dicitur animique exacerbationem. Exempla sunt apud eum, qui nuper de particulae οὖν derivatione, significatione, usu Goettingae MDCCCLIX scripsit, V. Rostium. Ex quo efficitur egregie γοῦν convenire Furiis, quae quum antea Orestem in Apollinis tutela conspexissent, facile augurari poterant, quid novi factum esset. Nunc denuo Orestem divino patrocinio securum conspicantes vehementer exulcerantur. Nec τόδ᾽ οὐ πάρεστιν in τὸ δ᾽ οὐ π. mutari velim. Nam quum ab hoc versu novus alterius hemichorii vel choreutae ordiatur ambitus, carere copulandi particula possumus. In reliquorum versuum emendatione Hermannianum sequor exemplar, χρεῶν e Scaligeri conjectura ad scholiastae fidem, φεροίμαν βοσκὰν e Wellaueri trajectione, ἀντίποιν᾽ ὡς τίνῃς Schuetzii, ὄψει δὲ κεἴ τις ejusdem, τιν᾽ οὐκ εὐσεβῶν Hermanni, quod confirmare poterat Agamemn. v. 374 ὁ δ᾽ οὐκ εὐσεβής.

Dispositionis index ipse est scholiasta, qui v. 253 ὅρα ὅρα adscripsit haec: τὸ αὐτὸ πρόσωπόν ἐστιν h. e. eadem persona, quae antecedentes trimetros dixerat, coryphaei totius chori. Lex descriptionis haec est:

A. ὅρα — ἀτίτας	*hortatur* ad speculandum.
B. ὅδ — χρεῶν	*obsequitur* Orestemque sub Minervae tutela conspicit.
A. τό δ᾽ οὐ — οἴχεται	*hoc non est futurum*, ut poenam effugiat.
B. ἀλλ ἀντιδοῦναι — δύας.	*docet*, *quid futurum* sit.

Inde ab his sententiarum alternatio omittitur, ut in iis carminibus, de quibus supra egimus, quare haec una ab omnibus cantata crediderim.

A. Ὅρα ὅρα μάλ᾽ αὖ, λεῦσσε τὸν παντᾶ
μὴ λάθῃ φύγδα βὰς ματροφόνος ἀτίτας.
B. ὅδ᾽ αὖτε γοῦν ἀλκὰν ἔχων
περὶ βρέτει πλεχθεὶς θεᾶς ἀμβρότου
ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χρεῶν.
A. τόδ᾽ οὐ πάρεστιν· αἷμα μητρῷον χαμαί
δυσαγκόμιστον παπαῖ,
τὸ διερὸν πέδοι χύμενον οἴχεται.
B. ἀλλ᾽ ἀντιδοῦναι δεῖ σ᾽, ἀπὸ ζῶντος ῥοφεῖν
ἐρυθρὸν ἐκ μελέων πέλανον· ἀπὸ δὲ σοῦ
φεροίμαν βοσκὰν πώματος δυσπότου.

καὶ ζῶντα σ᾽ ἰσχνάνασ᾽ ἀπάξομαι κάτω,
ἀντίποιν᾽ ὡς τίνῃς ματροφόνου δύας.
X. ὅλος. ὄψει δὲ κεἴ τις ἄλλος ἤλιτεν βροτῶν
ἢ θεὸν ἢ ξένον τιν᾽ οὐκ εὐσεβῶν, ἢ τοκέας φίλους,
ἔχονθ᾽ ἕκαστον τῆς δίκης ἐπάξια.
μέγας γὰρ Ἅιδης ἐστὶν εὔθυνος βροτῶν
ἔνερθε χθονὸς, δελτογράφῳ δὲ πάντ᾽ ἐπωπᾷ φρενί.

Reliqua duo carmina ita dilaceravit Hermannus, perinde ac si nulla in iis lex regnaret, nisi haec, ut XV singulorum choreutarum numerus expleretur. Omisit enim quaerere, num qua ex ipsis verbis sententiisve proficisceretur dispositio, neque quidquam vidit nisi hoc, ut quindecim frusta efficerentur.

Ordiamur a tertio cantico v. 770 ἰὼ θεοὶ νεώτεροι κτλ., cujus de integritate primum nonnulla dicamus. Atque versus quidem 780 sqq. in exemplari Hermanniano sic scripti exhibentur partim e Tyrwhitti aliorumque partim ex ipsius Hermanni conjecturis:

στενάζω: — τί ῥέξω, — γελῶμαι πολίταις; —
δύςοισθ᾽ ἅπαθον — ἰὼ μεγάλα τοι
κόραι δυστυχεῖς Νυκτὸς ἀτιμοπενθεῖς.

Placuit ei Tyrwhittianum illud γελῶμαι ea potissimum de caussa, quod personarum distributioni, quam studiose quaerebat, faveret. At neque verborum trajectio πολίταις δύσοισθ᾽ neque ceterae mutationis necessariae sunt, modo Medicei circumspecte sequamur vestigia:

γένωμαι δύσοιςα πολίταις ἔπαθον κτλ.

in quo nihil desideratur, nisi hoc, ut vocis δυςοίςα accentus suo loco ponatur particulaeque ἰὼ deleatur littera ι atque vera restituatur interpunctio numerorumque partitio:

ςενάζω: τί ῥέξω: γένωμαι δυσοίςα πολίταις.
ἔπαθον ὢ μεγάλα τοι κόραι δυστυχεῖς
Νυκτὸς ἀτιμοπενθεῖς.

„Ingemiscamne? Quid faciam? *Agedum gravis fiam civibus.*“ Recte enim Scholiasta:

ἔμιξε τῷ θρήνῳ τὴν τιμωρίαν τεχνικῶς.

Hanc requirit emendationem interpretationemque cum Medicei memoria tum sententiarum concinnitas. Ut enim in praecedentibus est: „Civibus (ἐν γᾷ τᾷδε) irata sterilitatem mittam.“ sic in his brevius: γένωμαι δυσοίςα πολίταις. Deinde verba ἰὸν ἰὸν ἀντιπενθῆ μεθεῖσα καρδίας in unum versum esse conjungenda nemo ignorat, qui harum rerum satis est peritus; nolim tamen idem fieri in sequentibus, ubi Hermannus χθονὶ mutavit in χθόνιον, ut hiatus χθονὶ ἄφορον tolleretur numerique dochmiaci more vulgari coirent. Est enim haec dochmiacorum per χρονὸν κενὸν segregatio similiter atque infra in quarto carmine πνέω τοι μένος — ἅπαντά τε κότον consulto quaesita, ut minutis his versibus διακοπὴ quaedam metrica πρόςφορος πάθεσιν fieret. Sed ut ad partitionem veniamus, non egregia illa quidem est cantici concinnitas, sed quum sub finem inde a versu στενάζω aperte eaedem sententiae iterentur, satis manifesta licet liberius conformata:

A. ***Luget*** *ἰὼ θεοὶ κτλ.* ***inhonoratam*** se appellat *ἄτιμος ἁ τάλαινα,* ***minatur*** sterlilitatem.

B. ***Luget*** *στενάζω . . μεγάλα ἔπαθον,* ***minatur*** *γένωμαι δυσοίστα πολίταις,* ***inhonoratam*** se appellat *κόραι δυστυχεῖς ἀτιμοπενθεῖς.*

Animadvertimus igitur easdem sane recurrere sententias, sed et alio ordine dispositas et a *B.* in angustias contractas. Omissus autem hic earundem sententiarum eodem ordine eodemque colorum numero reditus testatur certissime carmen in duas tantum partes esse distribuendum:

A. *Ἰὼ θεοὶ νεώτεροι παλαιοὺς νόμους*
καθιππάσασθε κὰκ χερῶν εἵλεσθέ μου.
ἐγὼ δ' ἄτιμος ἁ τάλαινα βαρύκοτος
ἐν γᾷ τᾷδε φεῦ
ἰὸν ἰὸν ἀντιπενθῆ μεθεῖσα καρδίας
σταλαγμὸν χθονὶ
ἄφορον· ἐκ δὲ τοῦ
λειχὴν ἄφυλλος ἄτεκνος,
ἰὼ δίκα, πέδον ἐπισύμενος
βροτοφθόρους κηλῖδας ἐν χώρᾳ βαλεῖ.

B. *Στενάζω; τί ῥέξω; γένωμαι δυσοίστα πολίταις.*
ἔπαθον ὢ μεγάλα τοι κόραι δυςτυχεῖς
Νυκτὸς ἀτιμοπενθεῖς.

Eadem ratione compositum est canticum solutum quartum v. 823 *ἐμὲ παθεῖν κτλ.*, in quo eaedem sententiae sed alio nec quaesito ordine iterantur:

A. ***pati*** me haec *ἐμὲ παθεῖν,* ***inhonorata*** sum *ἀτίετον* ***iram*** spiro *πνέω — κότον,* ***invocatio*** *οἰοῖ δᾶ.*

B. ***patior*** dolores *τίς — ὀδύνα,* ***iram*** audi *θυμὸν ἄιε,* ***invocatio*** *μᾶτερ νύξ,* ***inhonorata*** sum *τιμᾶν παρ' οὐδὲν ἦραν.*

Itaque hoc quoque canticum, ne omnis quae in eo cernitur concinnitas, ut in Hermanniana partitione tollatur, in duas tantum partes divisum fuisse arbitramur. Versus 830 praeclara est, ut mihi quidem videtur, Hermanni emendatio *τίς μ' ὑποδύεται τίς ὀδύνα πλευράς,* quae tragico sermoni optime conveniat. Neque vero *ἅπαντά τε κότον* metri caussa mutandum est et *τιμᾶν δαμαιᾶν* (ut *σκότιος* et *σκοταῖος, κηπαῖος, χερσαῖος*) cum a forma tum a sententia plane est integrum:

A. *Ἐμὲ παθεῖν τάδε,*
φεῦ,
ἐμὲ παλαιόφρονα, κατά τε γᾶν οἰκεῖν
ἀτίετον φεῦ μύσος.
πνέω τοι μένος

ἅπαντά τε κότον.
οἰοῖ δᾶ φεῦ.

B. *Τίς μ' ὑποδύεται τίς ὀδύνα πλευρὰς;*
θυμὸν ἄιε, μᾶτερ Νύξ, ἀπὸ γάρ με τιμᾶν δαμαιᾶν θεῶν
δυςπάλαμοι παρ' οὐδὲν ἦραν δόλοι.

Sed haec hactenus. Quae qualiacunque sunt, illud effecisse nobis videmur, ut omnis disputatio ad certas quasdam normas e certis ductas exemplis directa fuerit. Eas qui negligunt, et canticorum turbant praeclaros concentus et per vim rem agere coguntur. Reliquum est, ut cursim tangamus illud, quod in disputationis prima ingressione significavimus potius quam diximus. Quod enim de hemichoriorum partitione rarius inferenda quam nunc fieri id soleret scripsimus, id de parodis et stasimis dictum volumus, ad quae quominus ullo modo ea partitio admittatur, cum alia prohibent, tum Aristotelis praeceptum parodum esse primum cantum totius chori una concinentis. Nec quae Bamberger, cujus alii secuti sunt vestigia, ad suam opinionem confirmandam invenisse sibi visus est, ejusmodi sunt, ut consensus extorqueri queat. Sed latius haec patent, quam quae in his temporis angustiis a nobis pertractari possint. Valete.

Scripsimus Vratislaviae VIII ante Kal. Mart. MDCCCLX.

———•———

ORDO THEOLOGORUM EVANGELICORUM.

CAROLUS SEMISCH, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *Exercitationes seminarii theologici in dogmatum historia versantes* moderari perget d. Mart. h. III. Privatim II. *Historiae ecclesiasticae partem priorem* tradet quotidie h. VIII. et d. Lun. h. IX. III. *Vitam Iesu Christi atque apostolorum* enarrabit dieb. Mart. Ven. Sat. h. IX.

HENRICUS MIDDELDORPF, Dr. P. P. O. Consentiente regio summo senatu per instantem aestatem lectiones non habebit.

AUGUSTUS HAHN, Dr. P. P. O. Munere ecclesiastico, quo fungitur, per aestatem impeditur, quo minus lectiones habeat.

GUILELMUS BOEHMER, Dr. P. P. O. Publice I. In seminario regio theologico *exercitationes, quae ad Novum Testamentum pertinent, exegeticas et criticas*, reget d. Sat. h. XII. II. *Doctrinarum, quibus ecclesiae catholicae et evangelicae inter se differunt, systemata sic proponet, ut rationem habeat libri sui: „Die Lehrunterschiede der katholischen und evangelischen Kirchen caet.“* dieb. Iov. et Ven. h. XII. Privatim III. *Quam vulgo vocant theologiam moralem tanquam vitae christianae scientiam* docebit ratione habita libri sui: *„System des christlichen Lebens caet.“* dieb. Lun. Mart. Merc. h. XII.

CAROLUS FRIDERICUS GAUPP, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes homileticas* in regio seminario practico moderari perget d. Merc. h. VII. Privatim II. *Theologiae practicae partem primam et tertiam (Liturg. et doctrinam de regimine ecclesiae)* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. Sat. h. VIII. III. *Epistolas Pauli ad Romanos et Galatas* interpretabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VII.

IULIUS FERDINANDUS RAEBIGER, Dr. P. P. O. des. Publice I. *Epistolam ad Hebraeos* interpretabitur d. Merc. h. VIII. et IX. d. Sat. h. XII. Privatim II. *Genesin* interpretabitur, quinquies per hebd. h. X. III. *Encyclopaediam theologicam* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI.

EDUARDUS GUSTAVUS MEUSS, Theol. Lic. P. P. E. Publice I. *Exercitationibus homileticis et catecheticis* in seminario regio practico praeesse perget d. Lun. h. IV. d. Merc. h. XI. Privatim II. *Theologiam moralem* docebit dieb. Lun. Mart. Merc. Ven. h. X. d. Iov. h. IX. et X. III. *Theologiam symbolicam* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI.

FRIDERICUS GUILELMUS SCHULTZ, Theol. Lic. Phil. Dr. P. P. E. des. Publice I. *Iesaiae vaticinia* (*inde a. cap. XI.*) interpretabitur d. Sat. h. X. et XI. Privatim II. *Psalmos* interpretabitur quinquies per hebd. h. X. III. *Theologiam Vet. Test. tamquam historiam veteris foederis* tradet quinquies per hebd. h. XI.

GEORGIUS LUDOVICUS HAHN, Theol. Lic. Phil. Dr. P. P. E. Publice I. *Examinatorium de historia ecclesiae et dogmatum Christianorum* instituet bis per hebd. Privatim II. *Introductionem in Novi Testamenti libros* tractabit quinis dieb. h. VII. III. *Evangelium Lucae* interpretabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII. IV. *Apocalypsin Ioannis* interpretabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII.

ORDO THEOLOGORUM CATHOLICORUM.

IOSEPHUS HUBERTUS REINKENS, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *Repetitiones historiae ecclesiasticae* instituet dieb. Lun. et Merc. h. VIII. II. In seminario regio theol. cathol. *exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes* moderari perget d. Sat. h. VII. et VIII. Privatim III. *Historiae ecclesiasticae partem priorem* tradet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX.

IOANNES BAPTISTA BALTZER, Dr. P. P. O. Publice I. *Introductionis in universam theologiam partem alteram* tradet dieb. Iov. Ven. Sat. h. XII. II. In seminario regio theol. cathol. *exercitationes dogmaticas una cum interpretatione selectorum capitum ex SS. Patribus coniunctas* moderari perget d. Mart. h. III. et IV. Privatim III. *Doctrinam christianam catholicam de sacramentis et de rebus novissimis* explicabit dieb. Lun. Mart. Merc. h. XII.

IOANNES FRANCISCUS POHL, Dr. P. P. O. Publice I. *De arte homiletica* disseret d. Iov. h. IV. d Sat. h. IX. II. *Repetitorium de theologia pastorali* instituet d. Ven. h. IV. Privatim III. *De theologia pastorali* disputare perget dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX.

IOSEPHUS HENRICUS FRIEDLIEB, Dr. P. P. O. Publice I. *Hermeneuticam biblicam una cum arte critica* tradet d. Ven. et Sat. h. X. II. In seminario regio theol. cathol. sodalium *exercitationes in Novum Testamentum* moderabitur d. Iov. h. V. et VI. Privatim III. *Epistolam S. Pauli ad Romanos* explicabit dieb. Lun Mart. Merc. h. X.

FRANCISCUS ANTONIUS BITTNER, Dr. P. P. O. Publice I. *Repetitiones totius theologiae moralis compendiarias* instituet dieb. Iov. Ven. Sat. h. X. Privatim II. *Catholicae theologiae moralis partem generalem* tradet dieb. Lun. Mart. Merc. h. XI.

CAROLUS FRIDERICUS STERN, Dr. P. P. O. Publice I. *Archaeologiae biblicae partem priorem* tradet dieb. Lun. Merc. Ven. h. VII. II. In seminario regio theologorum catholicorum *exercitia de Vetere Testamento exegetica* moderari perget d. Sat. h. X. et XI. Privatim III. *Praemissa in Pentateuchum disquisitione primum eius librum* interpretabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII.

IOANNES ANTONIUS SOFFNER, Theol. Lic. Privatim. *Doctrinam christianam de S. S. Trinitate et de Deo creatore* exponet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII.

PAULUS FRANCISCUS SCHOLZ, Theol. Lic. Privatim. *Omnia Veteris Testamenti vaticinia Messiana* interpretabitur dieb. Mart. Iov. h. VII. Lun. Merc. h. VI. mat.

ORDO IURECONSULTORUM.

PHILIPPUS EDUARDUS HUSCHKE, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *Ius pignorum et hypothecarum* docebit d. Ven. et Sat. h. XII. Privatim II. *Pandectas iuris civilis excepto iure personarum, pignorum et hereditario* tradet quotidie h. VIII. et IX. III. *Ius hereditarium* exponet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. h. XII.

IULIUS FRIDERICUS HENRICUS ABEGG, Dr. P. P. O. Publice I. *Summa iuris poenalis principia sive doctrinam de institia poenarum* adhibito libro suo: „*Die verschiedenen Strafrechtstheorien*" inscripto exponet d. Lun. h. VI. mat. II. *Ius naturae, sive philosophiam iuris examinando et disputando* repetet d. Iov. h. IX. Privatim III. *Ius criminale commune et Borussicum* secundum librum suum: „*Lehrbuch der Strafrechtswissenschaft*" inscriptum, et secundum *novum Codicem poenalem Borussicum* docebit quotidie h. VII. d. Mart. et Merc. h. VI. mat. IV. *Processum civilem secundum praecepta iuris communis et Borussici* e propriis schedis, et libro suo: „*Versuch einer Geschichte der preussischen Civilprocess-Gesetzgebung*" usurus, tradet quotidie h. VIII.

LUDOVICUS GITZLER, Dr. P. P. O. Publice I. *Concilii Tridentini decreta de reformatione* exponet d. Sat. h. XI. II. *Ius quod ad personas attinet* tradet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. h. VII. Privatim III. *Institutiones et historiam iuris Romani* tradet quotidie h. VIII. et IX. IV. *Ius civile Borussicum* docebit quotidie h. X.

IOANNES ERNESTUS OTTO STOBBE, Dr. P. P. O. des. Publice I. *Speculum Saxonicum* interpretabitur d. Lun. et Iov. h. III. Privatim II. *Historiam iuris Germanici* tradet quinquies per hebd. h. X. III. *Ius commercii, cambiale et maritimum* tradet dieb. Lun.

Mart. Merc. Iov. h. XI. IV. *Ius ecclesiasticum Catholicorum et Evangelicorum* docebit quinquies h. XII.

HERMANNUS IOANNES FRIDERICUS SCHULZE, Dr. P. P. O. Publice I. *Interpretationes et exercitationes iuris Germanici* instituet d. Merc. h. IV. et V. Privatim II. *Ius Germanicum privatum* exponet dieb. Lun. Mart. Merc. h. VIII. et IX. d. Iov. h. VIII. III. *Ius feudale* docebit d. Iov. h. IX. et X. d. Ven. h. VIII. et IX.

IOANNES THEODORUS SCHIRMER, Dr. P. P. E. Publice I. *Exercitationes iuris civilis practicas* moderabitur d. Lun. et Iov. h. III. Privatim II. *Institutiones et historiam iuris civilis* tradet quotidie h. VIII. et IX. III. *Encyclopaediam et methodologiam iuris universi* docebit quotidie excepto d. Sat. h. X.

GEORGIUS FRIDERICUS FELIX EBERTY, Dr. Gratis I. *Quaedam iuris Anglici capita* exponet bis per hebd. h. X. Privatim II. *Ius naturale sive philosoph. iuris* docebit exceptis Merc. diebus quotidie h. XI.

PETRUS IOSEPHUS MARX, Dr. Gratis I. *Ordinem iudiciorum in delinquentes animadvertendi causa per tempora in ecclesia adhibitum* exponet d. Mart. et Ven. h. III. Privatim II. *Ius ecclesiasticum Catholicorum et Evangelicorum* excepto d. Sat. quotidie tradet h. IV.

FRIDERICUS RIVE, Dr. Gratis I. *Repetitorium iuris Germanici privati adhibito Krautii libro: „Grundriss des deutschen Privatrechts“ inscripto* intituet semel vel bis h. IV. II. *Antiquitates iuris Germanici quae continentur poëmate „Reineke Voss“* interpretabitur d. Sat. h. IV. III. *Principia iuris rei metallicae, quae vigent in Borussorum sinistra Rheni ripa* tradet d. Sat. h. V. Privatim IV. *Ius rei metallicae* docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V.

ORDO MEDICORUM.

IULIUS GUILELMUS BETSCHLER, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *Exercitationes operationum obstetriciarum* instituet d. Iov. h. V. et VI. Privatim II. *Morbos sexus sequioris* docebit quater per hebd. h. V. III. *Clinicum gynaecologicum* moderabitur quotidie h. IV.

TRAUGOTTUS GUILELMUS GUSTAVUS BENEDICT, Dr. P. P. O. Publice I. *Repetitorium et examinatorium* quaternis dieb. hor. def. Privatim II. *Chirurgiam generalem et doctrinam de operationibus chirurgicis* exponet h. def. III. *Ophthalmiatricen subiunctis demonstrationibus chirurgicis* docebit quaternis dieb. h. def.

IOANNES CAROLUS LEOPOLDUS BARKOW, Dr. P. P. O. Privatissime et gratis I. *Exercitationes zootomico-practicas* moderabitur sexies per hebd. h. def. Publice II. *Anthropologiam seu historiam naturalem generis humani* docebit d. Sat. h. XI. III. *Morphologiam anatomico-pathologicam* exponet d. Merc. et Sat. h. VI. mat. Privatim IV. *Anatomen comparativam* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX.

HERMANNUS LEBERT, Dr. P. P. O. Publice I. *De morbis syphiliticis* disseret d. Sat. h. XII. Privatim II. *Clinicum medicum* moderabitur quotidie h. XI. III. *Pathologiam et therapiam specialem* docebit quotidie excepto die Sat. h. XII.

ALBERTUS THEODORUS MIDDELDORPF, Dr. P. P. O. Publice I. *Repetitorium et examinatorium de selectis capitibus anatomiae chirurgicae* instituet d. Sat. h. VIII. mat. Privatim II. *Clinicen et policlinicen chirurgico-ophthalmiatricam* moderabitur sexies per hebd. h. IX. et X. III. *Chirurgiam et doctrinam de operationibus, fasciis et instrumentis chirurgicis subiunctis exercitationibus in cadavere* docebit quinquies per hebd. h. VIII. mat.

RUDOLPHUS PETRUS HENRICUS HEIDENHAIN, Dr. P. P. O. Privatissime et gratis I. *Colloquium de rebus anatomicis et physiologicis* instituet h. adhuc const. Publice II. *Physiologiam generalem nervorum et musculorum* exponet d. Mart. et Ven. h. V. Privatim III. *Physiologiam generalem et physiologiam specialem systematis nervosi, musculorum nec non organorum sensuum* docebit quotidie h. VII. mat. Privatissime IV. *Exercitationes in instituto physiologico-microscopicas et experimentales* moderabitur quotidie horis mat. et vespert.

HUGO ERNESTUS HENRICUS RUEHLE, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Diaeteticen* tractabit d. Merc. h. IV. Privatim II. *Anatomen pathologicam* exponet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV. III. *De auscultatione et percussione* disseret dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V. IV. *Policlinicen medicum* moderabitur quotidie h. VIII.

GUILELMUS HENRICUS CAROLUS GROSSER, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Exercitationes microscopicas* instituet d. Merc. et Sat. h. III. Privatim II. *Angiologiam* docebit d. Mart. et Iov. h. VIII. III. *Osteologiam et syndesmologiam* exponet d. Lun. et Mart. h. VIII.

IOANNES IOSEPHUS SEIDEL, Dr. Gratis I. *Selecta capita materiae medicae* pertractabit d. Lun. et Merc. h. II. Privatim II. *De fontibus Germaniae soteriis* disseret dieb. Lun. Mart. Ven. Sat. h. III. III. *Materiam medicam* exponet sexies per hebd. horis adhuc def.

CAROLUS GUILELMUS KLOSE, Dr. Gratis I. *De herniis* disseret d. Merc. et Sat. h. IV. Privatim II. *Exercitationes medico-forenses* moderabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V.

IOANNES AUGUSTUS BURCHARD, Dr. Gratis I. *De morbis infantum, adnexo cursu vaccinatorio* disseret d. Merc. et Sat. h. IV. pom. II. *De diagnosi obstetricia cum exercitationibus in phantomate instituendis* disseret d. Merc. et Sat. h. V. pom. Privatim III. *De arte obstetricia* disseret dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. def.

HENRICUS NEUMANN, Dr. Gratis I. *Doctrinam de cognoscendis et curandis animi morbis* tradet d. Lun. et Iov. h. III. II. *Psychologiam forensem* exponet d. Lun. et Iov. h. IV.

THEOBALDUS BASILIUS PAULUS REYMANN, Dr. Gratis I. *Morbos syphiliticos* tractabit bis per hebd. h. VII. mat. Privatim II. *Therapiam generalem* docebit quater per hebd. h. VII. mat.

ARMINIUS RUDOLPHUS AUBERT, Dr. Privatim I. *Histologiam generalem et specialem adiunctis exercitationibus microscopicis* docebit d. Mart. et Ven. h. III. et IV. II. *Historiam generationis et evolutionis* explicabit d. Merc. et Sat. h. III. et IV.

ARMINIUS IULIUS PAUL, Dr. Privatissime et gratis I. *Repetitorium chirurgicum* moderabitur bis per hebd. h. def. Gratis II. *De morbis infantum* disseret et *exercitationes infantes vaccinandi* moderabitur d. Sat. h. IV. et V. Privatim III. *Medicinam forensem* docebit dieb. Lun. Merc. Ven. h. IV. IV. *Exercitationes infantum morbis dignoscendi et curandi* moderabitur dieb. Lun. Merc. Ven. h. V.

BERNHARDUS COHN, Dr. Gratis I. *Exercitationes experimental. circa quaestiones ex pathologia general.* moderabitur (*Pathologiae general. pars altera*) d. Sat. h. III. Privatim II. *Exercitationes pathologico-microscopicas* moderabitur d. Lun. et Iov. h. IV. III. *Diagnosis morbor. internor.* dieb. Mart. Merc. Ven. h. III.

RICHARDUS FOERSTER, Dr. Privatim I. *Diagnosis morborum oculi* d. Lun. et Iov. h. IV. Privatissime II. *Exercitationes practicas operationum, quae in oculo instituuntur,* moderabitur d. Mart. et Ven. h. V.

GEORGIUS LEWALD, Dr. Gratis I. *Repetitorium circa materiam medicam cum demonstrationibus pharmacologicis* instituet bis per hebd. h. def. II. *De usu chemiae et microscopii in morborum diagnosi* disseret semel per hebd. h. def.

RAPHAEL FINCKENSTEIN, Dr. Gratis I. *Historiam morborum et medicorum Francogallicorum* enarrabit d. Mart. et Iov. h. VI. mat. Privatim II. *Historiam medicinae ad recentiora usque tempora* ternis diebus referet dieb. Lun. Merc. Ven. h. VI. mat.

CAROLUS IMMANUEL KLOPSCH, Dr. Gratis I. *Historiam artis medicae inde ab inventione Harveiana usque ad nostram aetatem* exponet bis per hebd. h. def. II. *Orthopaediam sive doctrinam de morbis chronicis apparatus locomotorii* docet bis per hebd. h. def. Privatim III. *Encyclopaediam et methodologiam studii medici* explicabit bis per hebd. h. def.

HENRICUS ROBERTUS GOEPPERT, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes pharmacologicas microscopicas* moderabitur d. Sat. h. XII. Privatim II. *De plantis officinalibus et de earum productis secundum ordines naturales cum demonstrationibus pharmacologicis in museo zoologico et in horto botanico, duce libello suo: „Die botanischen Museen, insbesondere das bei der Universität Breslau" inscripto* disseret dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X.

ORDO PHILOSOPHORUM.

ADOLPHUS EDUARDUS GRUBE, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *Demonstrationes zoologicas* instituet d. Iov. h. II. Privatim II. *Zoologiae partem primam* docebit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X. Privatissime III. *De Poecilopodibus, Phyllopodibus, Ostracodibus* disseret d. Sat. h. X.

GEORGIUS HENRICUS BERNSTEIN, Dr. P. P. O. Redux lectiones indicabit.

PETRUS IOSEPHUS ELVENICH, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes dialecticas de rebus ad philosophiam pertinentibus* moderabitur d. Merc. et Iov. h. X. Privatim II. *Logicam* docebit ter per hebd. h. III. III. *Metaphysicam* explicabit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. h. IV.

CAROLUS IACOBUS LOEWIG, Dr. P. P. O. Publice I. *De analysi chemica quam quantitativam vocant,* disseret d. Merc. et Ven. h. XII. Privatim II. *Chemiam organicam docebit et experimentis* illustrabit senis dieb. h. VIII. Privatissime III. *In laboratorio chemico operam daturis* aderit quinquies per hebd. ab hora IX. usque ad h. XII. et ab h. II. usque ad h. VI.

CHRISTOPHILUS IULIUS BRANISS, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes dialecticas* instituet d. Iov. h. IV. et V. Privatim II. *Metaphysicam* docebit dieb. Lun. Mart. Merc. Ven. h. IV.

HENRICUS ROBERTUS GOEPPERT, Dr. P. P. O. Publice I. *De flora primordiali* disseret d. Merc. h. XII. II. *Exercitationes pharmocologico-microscopicas* moderabitur d. Sat. h. XI. III. *Excursiones quas vocant botanicas in agro Vratislaviensi* instituet d. Sat. h. III. Privatim IV. *Botanicen generalem et specialem vel systematicam explanabit una cum expositione familiarum naturalium* duce libello suo: „*Die officinellen und technisch wichtigen Pflanzen unserer Gärten, insbesondere des botanischen Gartens in Breslau.*" dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI. d. Lun. et Iov. h. IV.

NB. *Lectiones, quae ad medicinam pertinent, scholis Medicorum sunt annexae.*

ADOLPHUS FRIDERICUS STENZLER, Dr. P. P. O. Publice I. *Grammaticam linguae Sanscritae* docebit d. Lun. et Iov. h. III. II. *Meghadûtam* interpretabitur d. Lun. et Iov. h. IV. III. *Linguam Persicam* docebit d. Mart. et Ven. h. III.

HENRICUS FRIDERICUS HAASE, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationibus seminarii regii philologici* praeerit d. Merc. h. IX. die Sat. h. VIII. et IX. Privatim II. *Consilia scholastica iis potissimum* proponet *qui philologicis studiis operam dant,* dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII. III. *Praefatus de Tibulli vita et ingenio selecta aliquot eius carmina* interpretabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX.

IOANNES LUDOVICUS TELLKAMPF, Dr. P. P. O. Publice I. *De pecunia et mensis publicis* disseret d. Sat. h. XI. Privatim II. *Oeconomiam politicam* proponet quinquies per hebd. h. XI. III. *Politicen* docebit quotidie h. XII.

MAURITIUS LUDOVICUS FRANKENHEIM, Dr. P. P. O. Privatissime et gratis I. *Exercitationes physicas* moderabitur d. Sat. h. XI. et XII. Publice II. *Opticen* exponet et *experimentis* illustrabit d. Mart. et Ven. h. III. III. *De crystallorum forma et proprietatibus physicis* disseret semel per hebd. h. def. Privatim IV. *Physicen* docebit et *experimentis* illustrabit quinquies per hebd. h. XII.

FERDINANDUS IOACHIMSTHAL, Dr. P. P. O. Privatissime et gratis I. *Exercitationes mathematicas* moderabitur bis per hebd. Publice II. *De calculo variationum* disseret d. Merc. et Sat. h. X. Privatim III. *Analysin finitorum sive introductionem in calculum differentialem et integralem* docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X.

RICHARDUS ROEPELL, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes seminarii historici* moderari perget horis adhuc def. Privatim II. *Historiam saeculi reformationis ecclesiasticae* tradet quater per hebd. h. XII.

FERDINANDUS ROEMER, Dr. P. P. O. Publice I. *Geognosin Germaniae borealis* exponet d. Merc. h. V. II. *Excursiones geognosticas* instituet dieb. p. i. Privatim III. *Mineralogiam* docebit quinquies per hebd. h. IX. IV. *Palaeontologiam* docebit quinquies per hebd. h. VII.

GUILELMUS IUNKMANN, Dr. P. P. O. Privatissime et gratis I. *Exercitationes historicas* moderabitur h. def. Publice II. *Motus civiles Francogallorum inde ab a.* 1789 enarrabit d. Lun. et Merc. h. IV. Privatim III. *Historiam orbis antiqui inde ab Alexandro M.* tradet dieb. Mart. Iov. Ven. h. IV.

IOANNES GODOFREDUS GALLE, Dr. P. P. O. Publice I. *Sectiones conicas* explicabit d. Mart. et Ven. h. X. Privatim II. *Astronomiae sphaericae partem alteram (practicam)* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX.

AUGUSTUS ROSSBACH, Dr. P. P. O. Publice I. *Seminarii regii philologici exercitationes* moderabitur d. Lun. h. X. et XI. Iov. h. XI. II. *Exercitationes archaeologicas* instituet semel per hebd. in mus. archaeol. Privatim III. *Antiquitatum Romanarum partem priorem* explicabit dieb. Mart. Merc. Ven. Sat. h. X. IV. *Musei regii archaeologici monumenta* interpretabitur *omissis iis, quae ante hos duos annos est interpretatus* dieb. Mart. Merc. Ven. Sat. h. XI.

ADOLPHUS DUFLOS, Dr. P. P. O. des. Publice I. *Repetitorium pharmaceutico-chemicum* instituet bis per hebd. h. VII. II. *Chemiae analyticae elementa* docebit bis per hebd. h. VII. Privatim III. *Chemiam pharmaceuticam anorganicam* docebit sexies per hebd. h. VI. IV. *Venenorum chemicorum proprietates eorumque explorationem* explicabit bis per hebd. h. VII.

ADALBERTUS CYBULSKI, Dr. P. P. O. des. Publice I. *Antiquissima linguae slavicae monumenta* explicabit bis per hebd. h. def. Privatim II. *Historiam linguae slavicae eiusque dialectorum* tradet ter per hebd. h. def.

AUGUSTUS SCHMOELDERS, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Litterarum Syriacarum historia breviter enarrata selectos ex Bernsteinii chrestomathia locos* explicabit dieb. Lun. et Ven. h. XI. II. *Grammaticam linguae Arabicae* tradet bis per hebd. h. def. III. *Scriptores Arabicos* interpretari perget d. Merc. et Sat. h. XI. IV. *Institutiones Persicas continuaturus Spiegelii chrestomathiam auditoribus interpretandam* proponet bis per hebd. h. def.

HENRICUS RUECKERT, Dr. P. P. E. des. Lectiones non habebit.

RUDOLPHUS WESTPHAL, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Exercitationes philologicas* moderari perget quaternis horis. Privatim II. *Historiae litterarum Graecarum partem alteram* enarrabit senis horis. III. *Poëtarum lyricorum Graecorum reliquias quae Th. Bergkii continentur Anthologia lyrica* interpretabitur quaternis horis.

HENRICUS EDUARDUS SCHROETER, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Capita selecta mechanices analyticae* explicabit semel per hebd. Privatim II. *Calculum differentialem et elementa calculi integralis* docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI.

EDUARDUS MAGNUS, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Librorum Arabicorum ad intelligendum faciliorum miscellanea* interpretabitur ter per hebd. h. def. II. *Opera Arabica ad intelligendum difficiliora, in his R. Tanchumi in V. T. commentarios, praemissa eius vitae scriptorumque enarratione*, explicabit bis per hebd. h. def. III. *Kirschii chrestomathiam Syriacam, a Bernst. editam* illustrabit bis per hebd. h. def. Privatim IV. *Grammaticam linguae Chaldaicae* docebit *adiuncta Danielis vaticiniorum Chaldaicorum interpretatione grammatica* ter per hebd. h. def.

FERDINANDUS IULIUS COHN, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Historiam algarum* exponet semel per hebd. h. def. Privatim II. *Familias plantarum naturales* illustrabit d. Sat. h. IX. in audit. XV. *exercitationibusque* binis in horto botanico d. Mart. et Merc. h. VI. vesp. Privatissime III. *Cursum microscopicum* diriget h. binis def.

GUSTAVUS GUILELMUS KOERBER, Dr. Lectiones non habebit.

PAULUS EDUARDUS CAUER, Dr. Gratis. *Historiam Friderici Magni* enarrabit d. Merc. h. IV.

CAROLUS LEONARDUS HENRICUS SCHWARZ, Dr. Gratis I. *De liquoribus alcoholicis* disseret semel per hebd. Privatim II. *Technologiam organicam* tradet quat. per hebd.

GUSTAVUS FRIDERICUS GUILELMUS SUCKOW, Dr. Privatim. *Platonis Phaedonem* interpretabitur dieb. Iov. Ven. Sat. h. VII. mat.

CAROLUS IULIUS BERGIUS, Dr. Privatim. *De redituum publicorum ratione et administratione* disseret dieb. Lun. Merc. Iov. Sat. h. XI.

IMMANUEL OGINSKI, Dr. Gratis I. *Philosophiae encyclopaediam* tradet dieb. Lun. et Mart. h. XII. II. *Psychologiam masculini et feminini generis* docebit d. Iov. h. III. III. *De peculiari et sacrosancta cuiusvis hominis natura* disputabit d. Merc. h. XII. Privatim IV. *Philosophiae historiam inde a Bacone usque ad Hegelium* tradet dieb. Iov. Ven. Sat. h. XII.

IACOBUS BERNAYS, Dr. Gratis. *Philosophorum Graecorum de poësi doctrinam* exponet *Aristotelisque poëtica* enarrabit d. Merc. h. v.

FRIDERICUS HERMANNUS BERTHOLDUS RUMPELT, Dr. Gratis I. *Elementa grammaticae generalis* tractabit d. Merc. et Sat. h. VII. mat. Privatim II. *De sonis theotiscis* disseret d. Lun. et Iov. h. VII. mat.

ARMINIUS MARBACH, Dr. Gratis I. *De natura crystallorum* disseret bis per hebd. Privatim II. *Physicen* docebit et *experimentis* illustrabit quotidie h. XII.

FRIDERICUS GUILELMUS PFEIFFER, Dr. Privatissime et gratis I. *Exercitationes Germanicas* instituet. Gratis II. *Grammaticam Anglosaxonicam* tradet *et carmen Beorulf inscriptum* interpretabitur d. Lun. Merc. Ven. h. VII. III. *Antiquae poësis Germanicae historiam* enarrabit dieb. Lun. Merc. Ven. h. VIII.

RICHARDUS COLMARUS GRUENHAGEN, Dr. Gratis. *Historiam belli septem annorum* tradet bis per hebd.

MAXIMILIANUS THEODORUS KAROW, Dr. Gratis I. *Grammaticam linguae provincialis* docebit d. Lun. et Iov. h. VI. mat. II. *Praefatus de Ariosti vita, ingenio, scriptis carmen „Orlando furioso" inscriptum* interpretabitur d. Mart. et Ven. h. VI. mat. III. *Linguae Francogallicae veteris grammaticam* tradet *selectaque et scriptorum et poëtarum inde ab antiquissimis temporibus usque ad a. MD. capita* interpretabitur d. Merc. et Sat. h. VII. mat. IV. *Grammaticam Hispaniensem paucis complexus romanzas de Cido* explicabit d. Merc. et Sat. h. VI. mat.

CAROLUS ALBERTUS SCHERNER, Dr. Gratis. *Ioach. Christ. Nettelbeckii vitam et characterem psychologice* interpretabitur d. Merc. h. III.

LOTHARIUS MEYER, Dr. Gratis I. *Zoochemiam et phytochemiam* tradet et *experimentis* illustrabit d. Lun. et Iov. h. V. pom. Privatissime II. *Repetitorium chemiae anorganicae* instituet hor. bin. def. III. *Chemiae physiologicae operam daturis* aderit quotidie except. d. Sat.

EDUARDUS LUEBBERT, Dr. Gratis I. *Ciceronis orationem pro A. Caecina* enarrabit d. Lun. et Merc. h. IV. d. Sat. h. V. Privatim II. *Locos ex grammatica graeca de conformatione vocabulorum et de syntaxi particularum* illustrabit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. V.

EXPEDITUS BAUMGART, Dr. Gratis I. *Artis harmonicae partem alteram* docebit, bis per hebd. II. *Organo canendi artem* docebit bis per hebd.

CAROLUS REINECKE. Gratis. *Historiam cantus evangelicorum ecclesiastici* tradet d. Mart. h. IX.

LECTORES LINGUARUM.

CHRISTOPHILUS HENRICUS NEUMANN, Dr. Gratis I. *Selecta capita librorum historicorum Vet. Testam. duce libro suo „Hebräische Chrestomathie"* tractabit ter per hebd. Privatim II. *Grammaticam Hebraicam* tradet *exemplisque e Vet. Testam. desumptis* illustrabit ter per hebd.

AUGUSTUS THEODORUS PEUCKER, Dr. Gratis I. *Grammaticam linguae graecae vulgaris* docebit d. Merc. et Sat. h. III. Privatim II. *Elementa linguae Hispanicae* tradet bin. h. accuratius defin.

ARMINIUS EDMUNDUS OTTOMARUS BEHNSCH, Dr. Gratis I. *Shakespearii „Hamlet"* interpretabitur d. Ven. h. IV. Privatim II. *Rudimenta linguae Anglicae* tradet d. Mart. et Ven. h. III.

ALEXANDER MAROCHETTI, Lect. Gratis I. *Carmen Tassonis poëtae l'Aminta inscriptum* interpretabitur bis per hebd. Privatim II. *Linguae Italicae fundamenta* docebit bis per hebd.

IOANNES NICOLAUS FRITZ, Lect. Gratis I. *Linguae Polonicae grammaticam* docebit atque *exercitationes voce et litteris vertendi* instituet *duce libello suo, in quo linguae Polonicae elementa* traduntur, bis per hebd. II. *Cum exercitatioribus commilitonibus librum aliquem Polonicum* leget et interpretabitur semel per hebd. h. def.

CAROLUS FRANCISCUS LUDOVICUS DAN. FREYMOND, Lect. Gratis I. *Nicolaii Boileau Despréaux artem poeticam* leget et explanabit, atque *de metrorum compositione recentioris romanticae scholae* disputabit, bis per hebd. h. def. Privatim II. *Eugenii Scribe fabulae cui titulus est: „Bertrand et Raton" lectionem* instituet, *cum exercitationibus franco-gallice loquendi*, bis per hebd. h. def. III. *Grammaticam linguae franco-gallicae* docebit, *et exercitationes scribendi et loquendi* moderabitur bis per hebd. h. def.

VINCENTIUS KRAIŃSKI, Dr. Lector hon. Gratis I. *Linguam Polonicam triplici discentium ordine instituto* docebit sexies per hebd. II. *Litterarum Polonicarum historiam* enarrabit quater per hebd. III. *Eloquentiam sacram Polonicam* tractabit bis per hebd.

Artem vel graphide delineandi vel penicillo imitandi docebit *Siegert*, artem equitandi *Preusse*, batuendi *Loebeling*, saltandi *de Kronhelm*.

Bibliothecae Academicae lecturis apertae patebunt diebus Lun. Merc. Iov. Sat. hor. II. et III., libros petituris et reddituris dieb. Mart. Merc. Ven. Sat. hor. XI. Leges indicat scheda in coenaculo studiis dicato proposita. Bibliotheca Studiosorum propria cum Museo patebit dieb.

Mart. Merc. Ven. Sat. h. II—V. Ex reliquis tribus urbis bibliothecis Rehdigerana cum Burgiana ad aedem S. Elisabethae consociata patebit dieb. Merc. et Sat. ab hora II. ad IV.; ea autem, quae est ad aedem S. Bernardi, singulis diebus Iovis eisdem horis; de tertia, quae ad aedem S. Mariae Magdalenae servatur, conveniendus singulis diebus Saturni ab hora X. ad XII. bibliothecarius est, qui est gymnasii M. Magdalenensis rector.

Collectiones rerum et instrumentorum ad physicam, astronomiam, anatomen, physiologiam, zoologiam pertinentium, laboratorium chemicum, artis et antiquitatum Museum et pinacotheca inspiciendi venia suo loco et tempore impetrata monstrabuntur. Hortus botanicus, diebus Veneris omnibus apertus, commilitonibus etiam reliquis diebus praeter dominicos patebit; aliis rei herbariae studiosis, qui per hiemem plantarum hibernacula in hortis posita adire cupiverint, certis horis eius rei ab hortorum directore potestas fiet.